

*S. Augustino enim teste, Deus efficere non potest, ut factum sit infectum.*

*S. Theodoro to teste, non potest mori.*

Deo enim inquit impossibile id est, quod ipsius verbo, naturæ, ac voluntati repugnat.

*S. Paulo omni exceptione majore teste, Deus non potest se negare, nec mentiri. 2. Tim. 2. Tit. 1.*

*Ergo Omnipotentia sic in Deo intelligenda est, ut Deus possit, quæcunq̄ue contradictionis impotentia careant.*

*Δ 1. Cùm Omnipotens sit Deus: humiliemus nos sub potenti ejus manu. 1. Pet. 5. 6.*

Quid nî humiliemus nos? quàm gravia & magna sunt nostra delicta!

An non robusta & potens est manus ejus, ad obstrepentes perdendos?

Bardus est & adversus stimulum calcitrat, qui resistit potentiori?

Ideo dehortatur seriò Apostolus Heb. 10. 31.

Christus Matth. 10, 28.

& 19, 21.

*Δ 2. Non cujusquam salutem desperemus; etiam si rejectus à Deo nobis videatur.*

Omnipotens Deus est, qui lapsos erigere & exorbitantes in viam revocare potest: simul etiam ut stantes labantur & pereant, permittere potest.

Proinde in timore Domini ambulandum.

Philip. 2, 12.

*3. Creator tandem dicitur cali & terra.*

Com: